



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCXXI. Heinrich Edler von Barby gelobt dem Markgrafen Ludwig von
Brandenburg gegen jedermann, namentlich gegen den Erzbischof von
Magdeburg, mit seinem Schlosse Wiesenburg Beistand zu leisten, am ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

DCCXXI. Heinrich Edler von Barby gelobt dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg gegen jedermann, namentlich gegen den Erzbischof von Magdeburg, mit seinem Schlosse Wiesenburg Beistand zu leisten, am 12. Mai 1336.

Notum sit omnibus, ad quos peruenerit presens scriptum, Quod nos heinricus, dei gratia nobilis de barbey, magnifico principi ac domino nostro, inclito Domino nostro Ludouico, marchioni brandenburgensi, contra quoslibet et specialiter contra reuerendum dominum, dominum nostrum Ottonem, archiepiscopum magdeburgensem, ac alios ipsi resistere nitentes et conantes pro suis iuribus et nostris viribus, gwerra siue discordia inter ipsos mutuo durantibus, cum nostro castro aperto, uidelicet wesinburch ac cum omnibus aliis nostris, seruire volumus ac opem ac subsidium continuatum fideliter impertiri. In cuius etc. Dat. wesinborch, anno domini M^o. CCC^o. XXXVI^o. dominica post ascensionem Domini.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kab.-Archives I. C. in quarto Bl. 63. — Gerken's Cod. I, 269.

DCCXXII. Markgraf Ludwig genehmigt die Herstellung der durch Ueberschwemmungen der Elbe verwüsteten Stadt Jericho und regulirt die Gerichtsverfassung derselben und des Landes Jericho, am 13. Mai 1336.

Anno domini M^o. CCC^o. XXX^o. sexto, feria secunda post ascensionem domini. Nos Ludovicus etc. attendentes instantem instantiam et requisicionem strenui militis domini Johannis de Buch, capitanei et secretarii nostri dilecti, ac etiam discretorum virorum ciuitatis sue Jerichowe ciuium indigenciam, ipsis ciuibus aliam ciuitatem nunc et in futurum, dum et vbi ipsi in ipso territorio compecierit, construendi, edificandi, muniendi quolibet ipsis necessario munimento, damus dedimus et concessimus presentibus liberam facultatem, Volentes ipsos ipforum successores et heredes in loco nunc constructo vel in posterum construendo singulis et vniuersis gratiis, libertatibus, comodis, honoribus, iuribus et consuetudinibus frui et gaudere, quibus iidem ciues et incole in antiqua ciuitate, que per ablucionem decursus aque videlicet albis abluta est proch dolor et deleta, vsi sunt pariter et gauisi. Inhibemus etiam ipsis ciuibus presentibus et futuris firmiter et dilicte, quod si questionem super aliquo casu inter ipsos moueri contingeret, quod super huius casus vel casuum et sentenciarum appellacione, si alias inter se appellauerint, ciuitatem Borch de nouo non adeant nec frequentent, sed ipsa a ciuibus ciuitatis nostre Noue Brandenburg cum instantia requirant et postulent diffiniri, Qui id sub forma iuris et gratie, prout ipsis a magnificis principibus marchionibus Brandenburgensibus bone recordationis predecessoribus nostris indultum et concessum est, debebunt omnimode diffinire. Nobiles vero et rustici terre Jerichowe predictae, si eos propter iuris dubitacionem, siue per appellacionem sentenciam contingit postulare, hec nusquam alibi nisi a scabinis predictae ciuitatis Jerichow postuletur: et dubitans a sua dubitacione duos solidos denariorum Brandenburgensium et appellantum quilibet totidem sine contradictione quolibet erogabit. Pronuncians vero pronuncianda non secundum